



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 De speciebus mendacij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

aliquo signo enuntiare, & similiter manifestantem, & repræsen-
tationem. Exigunt deinde collationem signi ad signatum: alio-
quin non aliter magis uinum, quam aliud signum ad si-
gnificandum tale quid. Concurrentibus autem ad manifesta-
tionem rationem duobus extremis, scilicet signo, & signato, &
collatione eorumdē.

intentionem dicentis est, per ac-
cidens est: unde non potest esse
specifica differentia. Si uero ali-
quis formaliter falsum dicat, ha-
bens uoluntatem falsum dicen-
di, licet sit uerum id quod dicitur,
inquātum tamen huiusmodi
actus est uoluntarius, & moralis,
habet per se falsitatem, & per
accidens ueritatem: unde ad spe-
ciem mendacii pertingit. Quod
autem aliquis intendat falsitatem
in opinione alterius continet
re, fallendo ipsum, non pertinet
ad speciem mendacii, sed ad quan-
dam perfectionem ipsius. Sicut
& in rebus naturalibus aliquid
speciem sortitur, si formam ha-
beat, etiā si desit forma effectus:
sicut patet in graui, quod uiolē-
ter sursum detinetur, ne descen-
dat secundum exigentiam suā for-
mæ. Sic ergo patet, quod menda-
cium directe, & formaliter op-
ponitur uirtuti ueritatis.

AD PRIMUM ergo dicendum,
quod unum quodque magis iudicatur
secundum id, quod est in eo formaliter
& per se, quam secundum id, quod est in eo
materialiter & per accidens. Et ideo
magis opponit ueritati, inquan-
tum est uirtus moralis, quod ali-
quis dicat uerum, intendens di-
cere falsum, quam quod dicat
falsum, intendens dicere uerum.

AD SECUNDUM dicendum, quod
sicut Augustinus dicit in 2. de doctr.
christi. uoces præcipuum locum
tenent inter alia signa: & ideo
cum dicitur, quod mendacium
est falsa uocis significatio, nomi-
ne uocis intelligit omne signū.
Unde ille qui aliquid falsum nu-
tibus significare intendere, non
est ad mendacium immunis.

AD TERTIUM dicendum, quod cu-
piditas fallendi pertinet ad perfe-
ctionem mendacii, non autem
ad speciem ipsius: sicut nec ali-
quis effectus pertinet ad spe-
ciem suā causā.

ARTICVLVS II.

Utrum mendacium sufficienter diuidatur
per mendacium officiosum,
iocosum, & perniciosum.

AD SECUNDUM sic procedi-
tur. Videtur, quod mendacium
insufficienter diuidatur per mē-
dacium officiosum, iocosum, &
perniciosum. Diuisio enim est

tabilem, super uulgata definitione mendacii, scilicet, quod est
falsa uocis significatio cum uoluntate fallendi, ex Aug. 2. 1. q. 2.
cap. Beatus, uidelicet, quod si fallendi, exponitur hoc est, fal-
sum dicendi, si per essentialia tantum definitio est accipienda,
ut in littera dicitur.

Super Quæstio. 118.
Art. secundum.

danda secundum ea, quæ per se
conueniunt rei, ut patet per Phi-
lof. in 7. Metaph. * sed intentio
effectus est præter speciem actus
moralis, & per accidens se habet
ad ipsum, ut uidetur: unde & in-
finiti effectus possunt consequi
ex uno actu: sed hæc diuisio datur
secundum intentionem effe-
ctus. Nam mendacium iocosum
est, quod fit causa ludi. Menda-
cium autem perniciosum est, quod
fit causa nocenti. Mendacium
autem officiosum est, quod fit cau-
sa utilitatis. Ergo inconueniēter
hoc modo diuiditur mendacium.

¶ 2 Præf. Aug. * in lib. contra mē-
dacium, diuidit mendacium in
octo partes, Quorum primum
est in doctrina religionis. Secun-
dum est, quod nulli prodest, & ob-
dit alicui. Tertium est, quod pro-
dest ita uni, ut alteri obdit. Quar-
tum est, quod fit sola menti dēdi,
fallendique libidine. Quintum
est, quod fit placendi cupiditate.
Sextum est, quod nulli obest, &
prodest alicui ad seruandam
pecuniam. Septimum est, quod
nulli obest, & prodest alicui ad
uitandum mortem. Octauum,
quod nulli obest, & prodest alicui
ad uitandum immunditiā cor-
poralem. Ergo uidetur quod prima
diuisio mendacii sit insufficientis.

¶ 3 Præf. Philof. * in 4. Ethic. di-
uidit mendacium in iactantiam,
quæ uerum excedit in dicendo:
& ironiam, quæ deficit uero
in minus: quæ duo sub nullo
prædictorum membrorum cō-
tinentur. Ergo uidetur quod di-
uisio prædicta mendacii sit in-
competens.

SED CONTRA est, quod super
illud Psal. 5. Perdes omnes, qui lo-
quuntur mendacium, dicit glossa *
quod sunt tria genera mendaciorū.
Quædam enim sunt pro salute, &
commodo alicuius. Est et aliud
genus mendacii, quod fit loco.
Tertium uero mendacii genus
est, quod fit ex malignitate. Pri-
mum autem horum trium dicitur offi-
ciosum: secundum, iocosum: ter-
tium, perniciosum. Ergo menda-
cium in tria prædicta diuiditur.

RESPOND. Dicendum, quod men-
dacium tripliciter diuidi potest.
Vno modo, scilicet ipsam mendacii
rationem, quæ est propria, & per se
mendacii diuisio: & secundum
hoc, mendacium in duo diuidi-
tur, scilicet in mendacium, quod

In artic. 2. eiusdem
110 q. nota duo:
Primum est, quod spe-
ciale quid inuenitur
in oppositis uirtuti
ueritatis, scilicet quod
habet unum primo
oppositum, uidelicet
mendacium, sub quo
tamquam genere, cō-
tinetur alia oppo-
sita, puta, iactantia, &
ironia, cum aliarum
uirtutum in medio
duarum malitiarum
existentium oppo-
sita assignentur im-
mediate extrema, ut li-
beralitati auaritia, &
prodigalitas, & sic
de alijs. Accidit au-
tem hoc forte, quia
innominatum est in
alijs genus proximum
utriusque uitij extre-
mi. In hac autem ma-
teria nominatur mē-
dacium, ut continet
etiā in se simulatio-
nem, genus proximum
utriusque uitij extre-
mi oppositi ueritati,
ut patet. Secundum
est, quod de ratione
mendacii perniciosus
est intentio nocendi,
ut in littera dicitur:
sicut de ratione men-
dacii iocosi est inten-
tio delectandi: & de
ratione officiosi est
intentio utilitatis affe-
rendi. Et quoniam ma-
ralia secundum in-
tentionem finem maxime
pensantur, & forma-
liter considerantur,
hinc habes, quod
detrahens non inten-
tione detrahendi, non
formaliter detrahit,
nec peccat mortali-
ter, nisi forte per acci-
dens ratione nocu-
menti illatitiam profe-
rens mendacium per-
niciosum non animo
nocendi, licet sit for-
maliter mendax, non
tamen est formaliter
mendax perniciosus,
nec peccat mortali-
ter, nisi forte per ac-
cidens, ratione. s. ma-
rite, puta, quia in do-
ctrina fidei mēditur:
uel ratione damni in
audiente, puta, quia
credendo commisit
post mortale: uel in
quoecumque alio no-
tabiliter propterea la-
sus quis est.

In li. de mē-
dacio, c. 16.
tom. 4.

In li. de mē-
dacio, c. 16.
tom. 4.

In li. de mē-
dacio, c. 16.
tom. 4.

In li. de mē-
dacio, c. 16.
tom. 4.

In li. de mē-
dacio, c. 16.
tom. 4.

In li. de mē-
dacio, c. 16.
tom. 4.

Vtrum omne mendacium sit peccatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q non omne mendacium sit peccatum. Manifestum enim est, quod Evangeliste scribit de Evangelium non peccaverit. Videtur tamē aliquid falsum dixisse: quia verba Christi, & etiam aliorum frequenter aliter videntur retulit alius, unde videtur quod alter eorum dixit falsum, non ergo omne mendacium est peccatum.

¶ 2 Præ. Nullus remuneratur Deo pro peccato: sed obstrictio Aegypti remunerata sunt Deo propter mendacium. dicitur enim Exo. i. quod edificavit illis Deus domos. ergo mendacium nō est peccatum.

¶ 3 Præ. Gestis sanctorum narratur in sacra scriptura ad informationem uitæ humanæ: sed de quibusdam sanctissimis uiris legitur, quod sunt mentiri, sicut Gen. 12. & 20. q Abraham dixit de uxore sua, quod soror sua esset. Iacob dicitur mentitus est dicens se esse Esau, & tamē benedictionem adeptus est, ut habetur Gene. 27. Iudith etiam commendatur, quæ tamen Holoferni mentita est. non ergo omne mendacium est peccatum.

¶ 4 Præterea. Minus malum est ellegendum, ut uitetur malus malus, sicut medicus præcindit membrum, ne corrumpatur totum corpus: sed minus nocuum est, quod aliquis generet falsam opinionem in animo alicuius, quam quod aliquis occidat, uel occidatur. ergo licitè potest homo mentiri, ut unum præferret ab homicidio, & alium præferret a morte.

¶ 5 Præterea. Mendacium est, si quis non impleat, quod promissit: sed non omnia promissa sunt implenda. dicit Isido. * In malis promissis rescinde fidem. ergo non omne mendacium est peccatum.

¶ 6 Præ. Mendacium ob hoc dicitur esse peccatum, quia per ipsum homo decipit proximum. Unde August. * dicit in lib. contra mendacium. Quisquis esse aliquid genuit mendacij, quod peccatum non sit, putauerit, decipiet seipsum, ut piter, cum honestū se decipere arbitretur aliorum: sed nō omne mendacium est deceptionis causa, quia per mendacium iocofum nullus decipitur. nō enim ad hoc dicuntur huiusmodi mendacia, ut credantur, sed propter delectationem solum: unde & hyperbolice

transcendit ueritatem in malis, quod pertinet ad iactantiam: & in mendacium, quod deficit a ueritate in minus, quod pertinet ad ironiā, ut patet per Philo. in 4. Ethic. * Hæc autem diuisio ideo per se est ipsius mendacij, quia mendacium, inquantū huiusmodi, opponitur ueritati, ut dictū * est. Veritas autem æqualitas quædam est, cui per se opponitur maius, & minus. Alio modo potest diuidi mendaciū, inquantum habet rationem culpæ secundum ea, quæ aggrauāt, uel diminuunt culpam mendacij ex parte finis intenti. Aggrauat autem culpam mendacij, si aliquis per mendacium intendat alterius nocuum, quod uocatur mendacium perniciosum. Diminuitur autē culpa mendacij, si ordinetur ad aliquod bonū uel delectabile, & sic est mendacium iocofum: uel utile, & sic

est mendacium officiosum, quo intenditur iuuentum alterius, uel remotio nocuum: & secundum hoc diuiditur mendacium in tria prædicta. * Tertio modo diuiditur mendacium uniuersalius secundum ordinem ad finem, siue ex hoc addatur, uel diminuatur ad culpam mendacij, siue non. Et secundum hoc diuisio est octo membrorum, quæ dicta * est: in qua quidem tria prima membra continentur sub mendacio pernicioso, quod quidem fit uel contra Deum, & ad hoc pertinet primū mendacium, quod est in doctrina religionis: uel est contra hominem siue sola intentione nocendi alicui, & sic est mendacium secundum quod. f. nulli prodest, & obest alicui: siue etiam intendatur in nocuum unius, utilitas alterius, & hoc est tertium mendacium, quod uni prodest, & alteri obest. Inter quæ tria primum est grauissimum: quia semper peccata cōtra Deum sunt grauiora, ut supra * dictum est. Secundum autem est grauius tertio, quod diminuitur ex intentione utilitatis alterius. Post hæc autem tria, quæ superaddunt ad grauitatem culpæ mendacij, ponitur quartum, quod habet propriam quantitatem sine additione, uel diminutione. Et hoc est mendacium, quod fit ex sola mētiendi libidine, quod procedit ex habitu. Unde & Philof. dicit in 4. Ethic. * q mendax eo q talis est secundum habitū, ipso mendacio gaudet. Quatuor uero subsequētes modi diminuunt de culpa mendacij: nam quintū est mendaciū iocofum, quod fit placendi cupiditate. Alia uero tria continentur sub mendacio officioso, in quo intenditur quod est alteri utile uel quantum ad res exteriores, & sic est sextū mendaciū, qd prodest alicui ad pecuniā conseruandā: uel est uile corpori, & hoc est septimū mendaciū, in quo impeditur mors hominis: uel est utile ad honestatē uirtutis, & hoc est octauum mendaciū, in quo impeditur illicita pollutio corporalis. Patet autē, q quāto bonum intentū est melius, tanto magis minuitur culpa mendacij. Et ideo si quis diligenter consideret, s̄m ordinem prædictę enumerationis est ordo grauitatis culpæ in istis mendacijs. Nam bonū utile præfertur delectabili, & uita corporalis præfertur pecuniæ, honestas autem ipsi corporali uitæ. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

lib. 4. cap. 7. tom. 5.

Art. præced.

In arg. 2. ad oppositum.

Arg. 2. huius art.

1. 2. q. 73. art. 9.

lib. 4. cap. 7. tom. 5.